

et equo tres et dimidium floreni exposui; Viennæ¹⁾ cum equum non statim vendere possem, diebus quatuordecim pluris floreno habere cogebam. Tu tamen hæc²⁾ minus libenter forsitan audis, etsi et rationem³⁾ postulare consueveris; quamobrem velim tibi persuaderes, me in omni re commoditatis⁴⁾ et tuæ et meæ esse studiosissimum. Octo florenis, quos habeo, videbo victum mihi hoc anno comparem; tu, ut et libros ego aliquot nanciscar, tuam apud parentes operam adhibebis. De me Conradus, quod non scribere possum, dicet, de doctore Gamp⁵⁾ Wolfgangus Hayl(igmaier); celebrabit nuptias⁶⁾ de cimo quinto Kalendas Augusti. Scripsi hoc decimo septimo. — Lucas Alance prope diem contentabitur, cuius donum Artis Poeticæ libros duos ad te qui deferat, invenio neminem: nimirum, quod tantę eruditionis⁷⁾ pondus hoc gravissimum suis viribus impar subterfugiunt aut quod ita sparsam famam et laudem tuam sciunt, ut timendum ipsis sit, ne, quocumque ferant, noctuam Athenas portent, eo equidem non vel maiore nomen tuum augeri. Ceterum honoribus tuis gratulor plurimum: et gratias non minus ago tibi, qui tanti me in commentariis tuis in Melam facis, quam si defuncto mihi vitam restituissem, idem certe præstans⁸⁾. Vale et vitato mendacio domino Ioanni de Hinwil si prodesse potes, precor quantum licet prosis. Viennæ⁹⁾ Pannoniæ, 17 Kalendas Augusti, anno 18.

Salutes parentes nostros.

Melchior Vadianus,

a pedibus tuis semper.

Adresse fehlt.

a) „Gracovia“. — b) „Heptomadas“. — c) „oportunus“. — d) „precio“. — e) „irrequieior“. — f) „negocia“. — g) „precipue“. — h) „supplectilem“. — i) „comiseram“. — k) „necesaria“. — l) „nupcias“. — m) „quotuor“. — n) „doavit“. — o) „quereret“. — p) nescit? — q) „Vienne“. — r) „hec“. — s) „racionem“. — t) „comoditatis“. — u) „nupcias“. — v) „erudicionis“. — w) „prestans“.

1) Vrgl. I, Brief 119. — 2) Vrgl. I, Brief 47. — 3) Vrgl. I, Brief 65. — 4) Vrgl. I, Brief 38. — 5) Vrgl. I, Register unter «Watt». — Vrgl. I, Register.

Oswald Myconius¹⁾ an Vadian.

Zürich. 1518. Juli 23.

Sehnsucht nach der Ankunft Vadians in Zürich und Bitte, dieselbe nicht zu verzögern.

S(alutem). Miramur omnes, mi Vadiane, pariter, quid causæ tam diu te remoretur ab adventu, quem pollicitus es quemque adeo deside-

ranter^{a)} expectamus. Quotiescunque congregimur parentes illorum, quorum Viennæ tu egisti præceptorem, Conradus²⁾ item noster et ego, primus sermo est de Vadiani adventu. Sequitur mox stupor, cum nullus potest coniectare causam istius moræ. Videris profecto magnam nobis facere iniuriam, qui ita nos premis immeritos. Cogito equidem, quam te oblectet patria, quam vix deseras amicos. Invenies et hic patriam, invenies et amicos, quos ad faciem cognitos habere tibi nimirum erit iucundissimum. De me nihil dico, verum de aliis, quos non paucos apud nos reperies. Quamobrem te oro atque obsecro, ne diutius maneat (ni fieri aliter nequeat) vel nos nimium reddes etiam expectando fessos. Postquam huc advenisti, de munere tam præclaro agam gratias. — De Xilotecto scribenda essent multa, sed omnia reservo, usque dum præsentem te habeo. Valeat diu Præstantia tua. Raptim ex Tiguro, decimis Kalendas Augusti, anno XVIII.

Myconius tuus.

Viro eximio Ioachimo Vadiano, philosopho, medico, poetæ et oratori, observando amico suo.

a) „desyderanter“.

1) Vrgl. I, Brief 105. — 2) Konrad Grebel von Zürich.

(1518) Juli 23 K. Grebel II 462 Nr. 2

129.

I 126.

Georg Binder¹⁾ an Vadian.

Wien. 1518. Juli 26.

Glückwunsch zur Freundschaft Vadians mit den gelehrtesten Männern. Bericht über eine grosse Feuersbrunst in Wien und Rettungsarbeiten für die Habseligkeiten Vadians. Seine Tätigkeit als Lehrer. Absicht, eine Lehrstelle in Zürich zu suchen.

S. P. D. Congratulamur tibi plurimum omnes, vir omnium humanissime ac præceptor^{a)} doctissime, quum te doctissimis viris cum aliarum nationum, tum maxime Helvetię nostræ fulgentissimis sideribus^{b)} consuetudinem et amicitiam esse nactum intelleximus: dominum Erasmus Roterodamum puto (quem nemo satis unquam laudavit, quare potius silendum duxi, quam de eo frivole quiddam ineptire), Ludovicum Berum, Amerbacchios Brunonem et Basilium, una cum Beato Rhenano ceterisque multis, quos nunc Basileæ vivere feliciter accepimus. Quod sicut te plurimum delectat, sic nos quoque tibi quottidie applaudimus. Ceterum magnum honorem tibi ab Helvetiis nostris ubique